

DECISIONES
 ROTAE ROMANA-
 NAE AB ADMODVM RE-
 uerendo Patre Domino Ioanne Moheda-
 no Iure Consulto clarissimo, & Sacri
 Palatii Apostolici Auditore
 Collectæ.

*NUNC PRIMUM IN LYCEM EDITA
 Nusquam antehac excusa, summaris & indice
 rerum & Verborum insignium locuple-
 tissimo decorata.*



BONONIÆ.

Sumptibus Francisci Pisani.

Coll. SEC. I. SV. M. D. LXXXXVI.
 m. ex dono Regum

BIBLIOPOLA

CANDIDO LECTORI

S.

POST QUAM & na-
tura comparatum, & iu-
re non modò divino, sed
etiam humano, receptum & san-
ctum est, candide Lector, ut qui-
buscumq; officiis, potissimum ve-
ro his artibus, quibus dii ipsi (ut
diuinitus apud Platonem asseue-
rat Socrates) mortalium vitam
munierunt, in Rempub. contenda-
mus; mearum partium esse duxi
hominum (quibus nati sum) stu-
diis consulere, & pro industria
mea bene de singulis privatim de
uniuersis publice mereri. Siqui-
dem nec tempori, nec labori, nec

DECISIONES

PER QUAM REVERENDI PATRIS D. IOHANNIS MOHEDANI, SACRE ROTÆ AUDITORIS.

In quibus quicquid ab eiusmodi Patribus de re dubia responsum decisumq; est, docte ab breviter explicatur.

DECISIO PRIMA.

DE PRIVILEGIIS.

SUMMARIVM.

Indultum Regis Scociæ ad beneficia vacatura, non se extendit ad beneficia reser- uata vacantia in viij. mensibus reserua- tis. Vide infra decis. 3.

VIT cōclusum per maiorem partem Dominorum in quadā causa Barchinonēsis Vicariæ. 20. Decembris 1538. Indultum Re- gis Scotiæ ad beneficia vacatura exceptis ge- neraliter reseruatis, etiam generaliter con- cessum, non extendi ad beneficia reseruata

tertium, non potest dici voluntas captatoria. Ratio: quia dispositio testatoris dās potestatem Diamanti eius matri eligēdi puerum, quem testator ex tunc instituit nō est captatoria, non enim substantia institutionis alterius voluntati committitur, sed persona eligenda ponitur in volūate alterius & tunc non dicitur volūtas captatoria, ita tenet Bar. in l. captatoria. ff. de leg. 1. & in l. illa institutio. ff. de hære. insti. est tex. in l. vtrum. §. cum quidam. ff. d. reb. dub. & ibi Pau. de Cast. not. per Doctor. in l. captatorias, C. de testa. mili. Doctor. & ibi glos. in §. cum tibi. extra de testamen.

Finis Decisionum D. Joannis

Mohedani.

INDEX